



**Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

XXXVI. † Campensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](#)

Reli- iusdem B.V. usq; ad octauam, per circulum an-  
quia B. ni , omnibus Christi fidelibus ad predictum  
V. in Monasterium dicto modo accendentibus , vel  
Diet- mittentibus, charitatis intuitu, eandem indul-  
kirchē. gentiam duximus concedendam. In cuius rei te-  
stimonium & perpetuam firmitatem praesen-  
tes litteras exinde conscriptas , sigillo nostro fe-  
cimus reborari, Actum, & datum Bonnæ An-  
no Domini millesimo ducentesimo nonagesimo  
primo pridie Kalendas Aprilis.

## XXXVI. ✠ CAMPENSIS.

**O**rdo Cisteriensis , à singulari in  
Dominicam Passionem affectu  
celebratur , cuius Ordinis insignis pro-  
motor atque illustrator S. Bernardus ,  
sub annū 1149. Coloniensibus sacram  
Crucis militiam, verbo & miraculis per-  
suasit. Idem pingi consuevit cum Cruce  
& reliquis amaræ Passionis armis, quasi  
cum myrrhæ fasciculo cordi adpresso.  
Neque abs re : tanto enim tamq; tene-  
ro Crucifixum Dominum amore com-  
pletebatur , vt lignea etiam Christi ex  
Cruce pendentis imago , hunc amoris  
xitum

æstum persentiscens , & flamnam ex  
 flamma, motumq; ex motu concipiens, **Crucifi**  
 inter brachia Bernardum collegerit. **x<sup>o</sup> S Ber**  
 Cuius sanè incendium hīc ingens fue- **nardū**  
 rit necesse est, cum lignum hoc aridum **ample-**  
 Saluatoris flammis in corde iam conce- **xatur.**  
 ptis admotum denique fuerit. Sed vti  
 amoris, ita etiam indignationis æstu, i-  
 dem Crucis lignum concitari posse, ex-  
 pertus didicit, sensitq; eiusdem Ordinis  
 Religiosus, cui iam omnes ad pietatem  
 sensus prope occalluerant. Hunc enim  
 ad psalmodias, ceu puerum ad nutricis  
 nērias obdormientem, ita non brachiis  
 sed manibus excepit Crux Veteris Cam-  
 pi, vt ēterno tandem sopore caput incli-  
 naret; rem B. Cælarius Heisterbacensis  
**Anno 1222.** narrat lib. 4. Illustrum mi-  
 raculorum cap. 38. *Vix sunt duo, inquit,*  
*menses elapsi, quod Dominus Abbas Campensis*  
*retulit nobis de Monacho quodam, qui semper*  
*in Choro solebat dormire, rem terribilem valde:*  
*Nocte quadam, cum ex more dormiret, alius*  
*psallentibus, Crucifixus ex Altari venit, dormi-  
 tantem excitauit, & tanto cum nisu maxillam*  
*eius percussit, vt intra tertium diem more-*  
*retur.*

**Crucifi**  
**xus sō-**  
**cordem**  
**Mona-**  
**chum**  
**cedit.**